

Cum Critice Pagii.

CHRISTI
1099.

URBANI II. PAP.
12.

HENRICI III. IMP. 16.
ALEXII COMN. IMP. 19.

III



PERORATIO
CUM
GRATIARUM ACTIONE.

I. **J**AM ad litus rete. Instar enim sagene missa in mare, (*a*) ex omni genere piscium congregantis Annalium scriptio se habet, quæ sui amplitudine in collectione rerum gestarum in vasto pelago seculi hujus, quot continet Tomos, tot tu Læctor veluti retis jactus enumeres. Sed ubi ductum est rete, non Judaico more secus litus sedendum ad delectum piscium; quin potius una cum Paulo (*b*) in littore positis genibus nobis orandum, & gratia agende Deo, cuius totum id muneric esse cognoscimus, siveque cui cuncta accepta ferimus, eidem dignas laudes pariter referamus; procul abhorrentes ab illorum arrogantiis, qui sibi omnia tribuentes, immolant (*c*) sagene suæ, & sacrificant reti suo. Petri namque nobis potius proponimus imitandum exemplum, a quo & rete accepimus ad piscandum (*d*): qui stupens ad insperatam copiosissimam capturam piscium, procidit ad genua Jesu, a quo se totum intelligeret consecutum. Sed cum omnem gratiarum actionem tanto beneficio imparem esse sciret; sepe ad humilem peccatorum confessionem convertit, ex abundantia cordis in illud erumpens admittendum humiliatum elogium: *Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Procidio & ipse, sed eo humilius, quo gra-*

vius peccans, ad pedes ejus; ut humi stratus, non os tantum, sed omnia offa mea dicant (*e*): *Domine, quis similis tibi? qui tot tantaque confers in immensum beneficia, quorum excrescent diluvio propemodum obruerundus, & que cum Petro exclamare compellar: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine, proprie conscientius infirmitatis, longe impar ad tanti ponderis beneficia subeunda.*

Quod insuper ex tanta ac toties repetita pescatione nec sit haec tenus rere, consciuum, sed & ad jactus alios adhuc integrum perseveret; quod, inquam, nec defecerint ex laboribus in senio vires, sed virescunt ad opus; totum id gratiae est Abifag (*f*). Sunamitidis nostræ, senilia membra foventis, ipsius videlicet sanctissimæ atque purissimæ Virginis operi cœpto faventis, cunctaque nostra curant, atque feliciter promoventis. Cui pro meritis, quot hujus scriptioris sunt apices, tot fluant gratiarum actionum imbræ, quot syllabæ, tot laudum fontes erumpant fluxu perenni ad vastum illud pelagus confluentes, ex quo omnia prodierunt, ad ipsum dico bonorum omnium copiosissimum largitorem Deum optimum maximum: cui semper laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

IL

Hic Baronius undecimum Annalium Tomum absolvit.